

AD LECTOREM.

VIdimus ignivomo cœlum descendere hiatus,
Horrendaſq; faces, dirum mortalibus omen,
Quâ claram cernis fulgere Lycaonis Arcton,
Nubibus effundi, tenebrosa nocte, per auras.
Qualibus exundans ruptis fornacibus Aethna
Cyclopum solet, vt fama est, effervere in agros,
Astrorumq; ignes atro subtexere fumo.

Quos igitur reruin censes instare tumultus?
Quam pecorumq; hominumq; luem? quæ tri-
stia regum

Funera, & vndantes profuso sanguine rivos?
Nam nunquam visum est, impunè arſisse per
auras,

Flammarumq; globis altum discurrere cœlum.

Vt segetum pestes, & lætifer ingruit annus?
Vt fremit & sævit scelerata insanía belli,
Extremum accersuratibi Germania fatum?
Vt se certatim Turcæ exhortantur in arma,
Et terra pelagoq; acies denso agmine cogunt?
Vt Moschi indomiti positiq; iub axe Tomitæ,
Atq; alij, Oceano quos terra extrema refulo
Submovet, accingunt se prædæ atq; arma capes-
sunt?

B iiij

Dum